

b Bonifacij Papæ.] De hac re, vide similiter infra §. fin. q. 32. vers. debet scire, inf. q. 35. vers. sed at tentat Dec. in l. est receptum, nu. 6. ff. de iurisd. omni iudi. Ideo q. etiam mortuus cōvinci potest. 25. q. 2. c. fanē, ibi, si modo convinceretur. Drog.

c Item licet Papa.] Idē de Imperatore, qui 34 † per solum Papam, & non per alium potest deponitur per Carer. dict. tra. et. nu. 98. qui nu. 155. tenet non ob stare, si eligatur. Giach.

Item licet Papa.] Ad 35 de † quādo, & quomodo contra Papam, & Principes sit de heresi procedendum, latē per Decian. in tract. crim. tom. 1. lib. 5. cap. 52. Baiard.

d Et huiusmodi.] Pro ut est etiam ponere duo principia equalia. Item & ponere duos Vicarios aequales in terris, quia utrunque est hereticum, per Abbatem in c. nouit, nume. 12. de iudic. Item qui plenitudinem potestatur, vel negare, uel status Papæ interuertere quouis modo violare, hereticus est censendus, capit. ita domibus, 19. d. ca. sacrosancta. 2. dicit. cum multis alijs similibus allegatis per Marf. de ueni. tractat. bannit. fol. 374 post numerum 146. Item qui credit Papam non posse dimittere peccata, est hereticus, ut sentit Oldrad. consilio 271. relatus, & sequutus a Marf. d. tract. fol. 357. nu. 281. Itē multis alijs modis, quis dicitur hereticus, ut per Bosf. relatiū, tit. de heret. nu. 2. & per Carer. dict. tract. Giach.

e Succesus quæro.] 36 de † omnino videndum Farina. nouiter impress. nar. quæst. in q. 20. a nu. 73. usque ad 112. ubi latissimē de hac materia sortilegij. Baiard.

f Tribuit diabolo.] Ad dei quod hoc exemplum ponit Lud. Carer. ac per plura probat in d. tract. de her. sub n. 23. ubi etiā ponit de adoratione demonum, de precib. effundendis idolis, ac de consulentibus demones, ut ab eis responsa habeantur. Giach.

damnari; & ita in facto prædicatum fuit contra memoriā Bonifacij Papæ, qui ad instā tiam Regis Franciæ, fuit post mortem accusatus de heresi, ut refert Abb. in rubr. C. de heret. nu. 2. & 3. licet Boer. decif. 34. in fin. dicat se hoc non inuenisse in vitis Pontificum. Et scias, quod de consuetudine Regni Franciæ corpus illius, qui post mortem damnatur de heresi, relinquitur brachio seculari, & per brachiū seculare coburitur. Hæc autem conclusio, quod in crimine heresis possit contra defunctum procedi, & eius memoria damnari, habet locum nō modo in heretico vero, & qui per veras probationes est de heresi conuictus, sed etiam in heretico presumpso, scilicet illo, qui citatus in causa fidei fuit contumax per annum, & deinde mortuus est, ut per Bellamer. decif. 677. in tali processu. Et in hoc proposito videnda sunt ea, quæ idem Bellamer. ponit in seq. deci. 678. 679. 680. 688. et 689. ubi multa eleganter tractat in hac materia, & præsertim an hoc casu vocandi heredes defuncti, &c.

22 c Item licet Papa non possit pro aliquo crimine accusari, ut dixi infra hoc eod. lib. §. fin. q. 35. vers. videndum igitur: potest tamen pro crimine heresis accusari, & condemnari, ut ibi dixi.

23 Quæro, an occultus hereticus, scilicet ille, qui solum corde tenet à fide catholica, non tamen verbo scripto, aut de facto aliquod signum heresis ostendit, incidat in penam excommunicationis, & alias penas a iure impositas hereticis. Respondeo, quod non; & hæc est Theologorum ferē omnium receptissima sententia, ut attestatur Simancas de heret. cap. 42. numer. 1. & seq. nam (ut vulgo dicitur) Ecclesia non indiget de occultis.

24 Sed hic incidenter quæro, quæ sint facta, quæ sapiant manifestam heresim. Respō. quod illa, quæ de sui natura præ se ferunt aliquid, quod manifesta est heresis, dicuntur sapere manifestam heresim; puta baptizare imagines, rebaptizare

re pueros, & huiusmodi, & hæc est peritorum omnium sententia, teste Simanca in tract. præallegato, capitulo 30. numero 9.

25 c Succesus quæro, numquid invocatio demonū sapiat heresim manifestam. Respond. quod aut invocantur demones, ut quis sciat futura, & hoc sapit heresim manifestam: quia tribuit diabolo id, quod est proprium Dei, scilicet uentura præscire.

Aut invocantur ad alium finem, puta ad tenendam pudicitiam mulieris, vel huiusmodi: & non sapit heresim, quia aduocatus diabolus ad id, quod ei maxime conuenit, cum sit Tentator animarum. Ita declarat elegantem Gemini. consilio 54. ubi in pulchro casu ita distinguunt Doctores, ut attestatur Afflictus super prima parte Constitutionum Begni, rubric. 1. num. 17. Et hoc secundum casu iurisdictionis non spectat ad Inquisitores sed ad ordinarium, qui in hoc crimine potest esse tam secularis, quam Ecclesiasticus; nam crimen sortilegij est communis fori, ita quod uterque iudex potest procedere, ut tenuit Abb. in cap. 1. num. 3. & 4. de sortileg. quem communiter Doctores, ut dicit Nunius de los corrigidores, fol. 259. numero primo, quod nota, quia, in parlamentis Franciæ fuit super hoc diuersimodē iudicatum, ut refert Papo libro 22. tit. 3. arrepto primo, & 2. Et dicit Abb. in rubr. de heret. num. 13. quod ita fuit determinatum in Romana Curia, in causa cuiusdam Ioan. de Partiniaco, quod huiusmodi incantationes, quæ fiunt ex causa amoris, non essent hereticæ, & ita etiam refert Oldrad. cons. 210. in fine, relatus & ipse per Tiraquell. de penis causa 4. nu. 3. quod in facti contingentia fuit absolutus quidam, qui fecerat sortilegia propter amorem cuiusdam mulieris. Faciunt, quæ dixi infra hoc eodem libro, §. fin. quæst. 60. vers. scilicet est amor. Et ex his credo malè consulis Barbat. consil. 55. libro 1. quod sortilegia, quæ fiunt ad scienda furta commissa, sapiant heresim manifestam, & quod eorum cognitio spectet ad Inquisitores. Pena autem de iure communi imposita

ventura præscire.] Et ideo nil mirum, si Sixtus V. Pontif. Opt. Max. Artificialem (quam uocant) Astrologiam prohibuit: Vi. super hoc Dec. congrue loquentem, in c. nouit, a nu. 8. cum pluribus seq. extr. de iud. Dro. h. vel huiusmodi.] Ad de infra q. 66. vers. est amor, & quod sortilegij sit quid ab heresi diuersum, tenuit Crau. cōs. 6. in princ. Drog.

h. vel huiusmodi.] Ad 35 de † videndum Menoc. de arbit. iud. cas. 358. ubi de eo, qui dedit populū amatorium, ex quo præter propositum morsus cuta est, qualiter puniatur, & quod hodie apud sanctum Officium, vide Locat. in suo iudiciali Inquisit. fol. 321. c. pocula amatoria. Baiard.

i Tentator animarum.] Adde etiam per Carer. ubi supra, quem vi. uum. 50. Giach.

K Sortilegij.] Adde, sortilegiorum penas, ut per Iac. Menoch. de arbit. lib. 2. c. 3. cas. 388. per totum. Item uide ad materiam sup. §. 1. addid. maleficium. Giach.

Sortilegij.] Decian. d. num. 4. uerf. non possunt & nu. 10. eius materiam latē tractat Farin. tit. de delict. & pœn. q. 20. uol. 1. num. 73. usque 110. & nu. 104. tracta. de pocul. amat. & q. 98. n. 81. causa 13. Rosf.

Pœna autem de iure communi, &c.] Adde † q. pœna sortilegiorum, & diuinorum tam delicti re ciuili, quàm canonico est, quod fustigentur, nisi sint heretici, & hoc in uili persona; in Nobili autem pœna est perpetui carceris; text. est singularis in cap. quod contra sortilegos, alias contra idololatriam 26. quæst. 5. quem ad hoc pro singulari refert, & sequitur Roman. in sing. 660. incipien. Tu scis, quod isti diuinatores; uide etiā in hac materia fortile. Men. de arbit. iud. in cas. 388. Baiard.

m Huiusmodi sorulegij.] Farinac. sup. nu. 89. 90. 93. 94. & 303. Rosf.

n Ducuntur in publicum.] Et quid in incantatoribus serpentum, ibi. nu. 110. & Astrologis, & Chiromanticis idem numero 111. & 112. Rosf.

o Et incantationib.] Sed nunquid diuinatio, & incantatio, per quam appareat de maleficio, faciat indicium, uide per Carer. in pract. n. 141. ubi retulit indicium exultit. indicium expertum in materia homicidij. Nam ubi nescitur homicida, & suspicatur de aliquo, ut deferatur cadauer, & incipit euomere sanguinem. Hoc ego nūquam expertus sum, & de isto iudicio ualde dubito; sicut etiam audiui ab alijs iudicibus dubitari. Giach.

posita m huiusmodi sortilegis, diuinatoribus, & maleficis, est mortis, & confiscationis bonorum, ut est text. in l. 3. C. de malef. Sed de consuetudine hæc pœna non seruatur, sed imponitur pœna fustigationis, ut attestatur Nunius delos corrigidores. fol. 256. nu. 2. vel (secundum aliquos) ducuntur in publicum cum mitra depicta in capite, &

p Quod nota.] Item nota, quod si inquisitus dixisset, sum hæreticus, non exprimendo causas hæretici, quod non posset 39 † condemnari ex sola confessione secundum Crau. d. consil. 262. vers. quinimo.

40 Item, si infirmus petat hostiam non consecratam, non quia de fide malè sentiat, sed ut dici possit, eum sumptisse Corpus Christi, reputans se indignum Corpus Christi assumere, licet peccet ita faciendo, & petendo hostiam non consecratam, non tamen indicatur hereticus, quia causa petendi non fuit, quod de fide malè sentiret, sed quia indignum se crederet, secundum Calderinum in consilio 4. in tit. de heretic. quem refert, comprobatur, & sequitur Crauet. in consil. 316. col. 5. post numer. 7.

§. HOMICIDIUM.

SVMARIA.

Ex Claro.

- 1 Quotplex sit homicidium.
- 2 Et quid dicatur homicidium casuale.
- 3 Et quid homicidium culpofum.
- 4 Et quid si aliquis citra animum occidendi alium percussisset.
- 5 Et quid si putans interficere unum, occiderit alium.
- 6 Et quid dicatur homicidium dolofum.
- 7 Et quid dicatur homicidium commissum animo deliberato.
- 8 Et quid dicatur homicidium commissum ex proposito.
- 9 Et quid dicatur homicidium commissum ex insidijs.
- 10 Et quid dicatur homicidium commissum proditorie.
- 11 Et quid dicatur homicidium commissum per assassinum.
- 12 Quibus modis homicidium committatur.
- 13 Et quid in eo, qui uenenum alteri dedit.
- 14 Et quid si mors secuta non fuerit, an sit puniendus pena mortis.
- 15 Et quid in iudice, qui innocentem condemnauit.
- 16 Et quid si aliquem indebite torfit.
- 17 Et quid in medico, qui mortis causam infirmo præbuerit.
- 18 Quæ sit pœna homicidij de iure ciuili.
- 19 Et an ualeat statutum imponens pro homicidio panam pecuniariam.
- 20 Et quæ sit pœna homicidij de iure canonico.
- 21 Et an clericus homicidia priuetur ipso iure beneficio, an autem requiratur sententia.
- 22 Et an homicidia priuetur successione eius, quem interficit.
- 23 Et teneatur ad interesse animæ occisi, & expensas factas in medicinis, & ad assumptionem operarum.
- 24 Homicidia, qui aliam interficit ad sui defensionem, excusantur.
- 25 Et quid si pro defensione suorum.
- 26 Et quid si pro defensione proprij honoris.
- 27 Et quid si pro defensione coniunctorum suorum.
- 28 Et quid pro defensione alicuius extranei.
- 29 Et quid si uolens offendere sit clericus.
- 30 Et quid si sit Papa, uel Imperatore.
- 31 Et an liceat occidere alium non insultatē, si aliter me ab insultante defendere non poteram.
- 32 Et quid si fugiendo poteram me saluare.
- 33 Et quomodo probetur factum fuisse ad necessariā defensionem.
- 34 Et quid si sit excessum in defensione.
- 35 Et an si quis neget se occidisse possit posse a fatere, & probare.

- quid ad sui defensionem id fecerit.
- 36 Et quid si occidi aliquem, qui me in insidijs expectabat, ut me offenderet.
 - 37 Quando plures interuenerunt homicidio, & ignoratur quis fuerit interfecto, an sint omnes puniendi.
 - 38 Et quid si unicum tantum vulnus sit illatum.
 - 39 Et quid si appareat quis fuerit auctor rixæ.
 - 40 Et quomodo sit formanda inquisitio, quando nō apparet quis.
 - 41 Et quid si sint illata plura uulnera, sed nescitur ex quo uulnerere decesserit.
 - 42 Quid si reus probet, uulneratū non ex uulnere decessisse, an sit pœna homicidij excusandus.
 - 43 Et an in hoc standum sit iudicio medicorum.
 - 44 Et quid si uulneratus intra breue spatium decesserit, an presumatur mortuus ex uulnere.
 - 45 Et quid, si reus uelut probare contrarium eius, quod medic dixerunt.
 - 46 Et quid si post illatum uulnus lethale alius seperueniens qui uulneratum exanimauit, nunquid primus uulnerans excusetur.
 - 47 Fur an possit licite occidi.
 - 48 Adulter an possit impune a patre occidi.
 - 49 Et an a marito.
 - 50 Et quid in foro conscientie.
 - 51 Et an pater, uel maritus id possint alteri mandare.
 - 52 Banniti an possint impune offendi.
 - 53 Et an ualeat statutum disponens, quod possint impune offendi.
 - 54 Et an stante tali statuto possint offendere etiam in foro conscientie.
 - 55 Et an etiam occidi.
 - 56 Et an mulier bannita adulterari possit.
 - 57 Et an bannitus censeatur hostis ciuitatis a qua est bannitus.
 - 58 Et an aquiretur deportato.
 - 59 Et an stante hoc statuto possit filius occidere patrem bannitum.
 - 60 Et an eum quem prius promiserat non offendere.
 - 61 Et an liceat bannitum proditorie interficere.
 - 62 Et quid si bannitus habuerit gratiam a principe, nondum tamen fuerit de albo cancellatus.
 - 63 Et quid si bannum sit nullum.
 - 64 Et an pendente appellatione sententia banni possit bannitus impune occidi.
 - 65 Et an bannitus captus per familiam officialis, possit licite offendi.
 - 66 Et an liceat occidere bannitum extra territorium, a quo est bannitus.
 - 67 Et an occidens eum, quem ignorabat esse bannitū, gaudeat beneficio statuti.

- 68 Si statutum permittat occidi bannitum in lib. centum, an liceat occidere eum, qui est bannitus in pluribus minoribus summis, quae cumulata excedunt centum libras.
- 69 Exceptiones proueniētes ex hoc statuto an sint peremptoriae
- 70 Et an possit opponi per procuratorem.
- 71 Bannitus, stante statuto, an possit se defendere.
- 72 Stante hoc statuto, si bannitus offendatur, an possit iudex ex officio inquirere.
- 73 Casus, in quibus quis potest alium licet interficere.
- 74 An in crimine homicidij puniatur affectus, etiam non secuto effectu.

Ex Additionibus.

- 1 Homicidium commissum inter ludentes ad brachium, vel ad pugnos, aut ad lapides, an sit casuale, remissiuē.
- 2 Homicidium dicitur casuale inter amicos.
- 3 Homicidium sine dolo committens quae pena plectatur remissiuē.
- 4 Homicidium quando dicatur potius culpa, quam dolo commissum.
- 5 Homicidij causam dare quis dicatur, & quae pena sit puniendus, remissiuē.
- 6 Animus delinquendi, vel occidendi deliberatus quomodo praesumatur, remissiuē.
- 7 Homicidij pena an puniri debeat percussus caput lapide, vel alio instrumento apto ad interficiendum, & quid in homicidio facto cum baculo, & spatularum percussione.
- 8 Homicidium pugno dolose committens puniatur aequē, ac si gladio occidisset.
- 9 Percussus manu vacua cum sanguinis effusione minori pena puniatur, quam si cum armis.
- 10 Et quid in percussione pugni armato, remissiuē.
- 11 Percussus lapide, cum haberet ensē in manu etiam secuta morte, mitius citra penam capitis puniri debet.
- 12 Homicidij pena an teneatur occidens unum, volens alterum occidere.
- 13 Dolus sicarius quae pena puniatur.
- 14 Homicidium an praesumatur cum dolo, & ex proposito.
- 15 Homicidium quando dicatur commissum animo deliberato, remissiuē.
- 16 Occidens Animum intendendo occidere hominem an puniatur de homicidio.
- 17 Animus deliberatus in delinquente quando praesumatur.
- 18 Animus deliberatus occidendi quibus coniecturis probetur, remissiuē.
- 19 Et si quis tenetur eas probare. Et super qualitate animi deliberati est locus torturae, numero eodem.
- 20 Et confitens se voluntarie occidisse, tollit coniecturas etiam iuris, & de iure.
- 21 Et una coniectura, vel praesumptio tollit aliam, & maior ratio vincit minorem.
- 22 Animus occidendi ex genere armorum praesumitur, remissiuē.
- 23 Iracundiae calor quanto tempore durare dicatur ad euitandum animi deliberati qualitatem.
- 24 Iniuria propulsatio dicitur incontinenti facta, si sequenti die fiat.
- 25 Proditor dicitur, qui offendit alium sine diffidatione, aut praebet alteri potionem venenatam, nu. 26.
- 27 Proditor quis dicatur, & quot modis, remissiuē.
- 28 Proditor an dicatur occidens inimicum ex insidijs. Proditor in Hispania dicitur etiam ille, qui retro occidit inimicum suum. ibid.
- 29 Portans litteras ad aliquem occidendum quando teneatur de occiso.
- 30 Venenum malum ementis, aut vendentis pena.
- 31 Venenum praebens an pena capitis sit puniendus, si mors secuta non fuerit.
- 32 Occidens, vel occidifaciens condemnatur ad mortem ad euitandum infamiam quomodo multari debeat.
- 33 Matres praebentes poculum filiabus praegnantibus ad faciendum abortum quae pena plectantur.
- 34 Venenatio quomodo cognoscatur, probetur, aut reprobetur

- 35 Venenatio est crimen publicum.
- 36 Maritus praebens venenum uxori ex eo non morienti quae pena teneatur.
- 37 Filius parans venenum patri, quod dare non potuit, tenetur paricidij.
- 38 Venenum pecunia daturus, si praesentia ductus, mandatum detegat iudici pena arbitraria puniatur.
- 39 Statutum contra volentes venenare non comprehendit praeparantes tantum venenum.
- 40 Veneni appellacione venit malum venenum.
- 41 Iudex innocentem damnans ad mortem quae pena puniatur. Et quid si calore iracundiae alium necauerit, nu. eod. Et quid si circa mortē ad penam corporalem condemnatus, nu. eod.
- 42 Iudex indebitē reum quaestionibus subiiciens, vel in torquendo modum excedens quae pena sit puniendus, remissiuē.
- 43 Medicus negligens in curando infirmo peccat mortaliter.
- 44 Medico ascribitur mors infirmi multis concurrentibus, remissiuē.
- 45 Medicus negligens circa curam infirmi tenetur l. Cornel. de sicar.
- 46 Medicus quandoque tenetur tantum de dolo, & lata culpa, & interdum etiam de leuissima.
- 47 Homicidij pena in Regno Neap. & statu Ecclesiastico.
- 48 Homicidium committens in rixa puniatur aequē, ac si deliberatē commisisset.
- 49 Et quid si ex vulneribus illatis in rixa mors sit secuta.
- 50 Occidens ex intervallo sibi immanem ex causa iusti metus quomodo puniatur.
- 51 Statutum imponens pro homicidio penam pecuniariam an valeat.
- 52 Homicidium quibus modis dicatur qualificatum, & quibus causis aggravetur, remissiuē.
- 53 Occidens aliquem nec ipsi, nec eius heredi succedit.
- 54 Pater calore iracundiae occidens filium an excludatur ab eius successione.
- 55 Et altero ex filij occidente patrem alter patri succedit.
- 56 Maritus occidens uxoris fratrem priuatur eius successione.
- 57 Frater fideicommissarius sub conditione mortis amittit fideicommissum si fratrem occidit.
- 58 Monachus interficiens bona an danda sint Monasterio, vel filijs Monachi ante ingressum susceptis stante statuto quod bona occidendi hereditas occisi debeantur.
- 59 Hereditas in quibus casibus auferatur ab indigno, & applicatur fisco remissiuē.
- 60 Et quid in legato remissiuē.
- 61 Et praeter fiscum non potest alius huiusmodi indignitatem imponere.
- 62 Et quando non applicetur fisco remissiuē.
- 63 Fiscus an succedat in bonis occisi stante alio in pari gradu cum interfecitore.
- 64 Homicida non potest in bonis occisi ex testamento, vel ab intestato succedere.
- 65 Et quid in occidente filium, vel fratrem testatoris, aut alterius, cui succedere posset.
- 66 Et quid in feudibus remissiuē.
- 67 Et an frater occidens fratrem feudatarium feudi patris filius occisoris possit in feudo succedere.
- 68 Fiscus excluditur stante statuto homicidam non posse succedere occiso.
- 69 Et quando homicida succedat interfecito, & fiscus auferat, vel digno remissiuē. Et quid si interficiat bannitum, vel uxorem adulteram remissiuē, nu. eod.
- 70 Maritus an priuatur lucro dotis, si uxorem cum eo cubans reperitur mortua.
- 71 Maritus impune occidens uxorem in adulterio repertam, an lucretur dotem stante statuto, quod per mortē uxoris eam lucrifaciat.
- 72 Maritus interficiens uxorem an perdat ius succedendi, quod habet

- habet in defectum conuictorum.
- 73 Homicida aut vulneratus quando teneatur ad damna, expensas, & interesse.
- 74 Et quod si penam de qua in cautione de non offendendo, offensus sit consecutus. Et an possit in litem iurari remissiuē. nu. eod.
- 75 Et an debeat haberi ratio cicatricum, & deformitatum, remissiuē. Vulneratus an possit petere lucrū cessans, vel damnum emergens si consecutus est penam conuentionalem de non offendendo remissiuē. nu. eod. Vulneratus ad quid agere possit, quae actione, & quo casu pro cicatrice ac deformitate, remissiuē. nu. eod.
- 76 Vulneratus potest ciuilitate agere ad damna, expensas, et interesse licet vulnerans sit absolutus ab inquisitione.
- 77 Vim vi repellere quomodo liceat remissiuē. Defensionis limites excessus esse nec ne remittitur arbitrio iudicis. nu. eod. Defensionis limitis excedens puniatur arbitrio iudicis, nu. eodem.
- 78 Homicida probatus interfecisse ad sui defensionem, an sit liberandus sine licentia Principis.
- 79 Aggressor potest occidi ob periculum iniuriae personalis.
- 80 Homicidium quomodo probetur factum ad defensionem, remissiuē.
- 81 Homicidium factum ad defensionem non est punibile etiam stante statuto, quod pena mortis puniri debeat.
- 82 Irregularis non efficitur presbyter missam celebrans, si insultatus homicidium committat. Et potest missam inchoatam perficere, nu. eod.
- 83 Defensio quando sit licita, remissiuē.
- 84 Homicida prouocans primo non gaudet privilegio necessariae defensionis, quamuis postea rixando ponatur in discrimen vitae. Aggressor an possit impune occidere furiosum, siue dormientem aggressorem. ibid.
- 85 Homicidium quando dicatur factum ad sui defensionem.
- 86 Homicida alium interficiens pro defensione bonorum suorum an excusetur.
- 87 Et quid in foro conscientiae.
- 88 Et quomodo dicatur facere ad defensionem.
- 89 Et quid in Clerico.
- 90 Defendere licet socium itineris, & amicum. Aggressores an liceat extraneo occidere pro defensione alterius extranei. ibid.
- 91 Ad probandam defensionem sufficit semiplena probatio.
- 92 Homicidium sine dolo committens pena arbitraria puniatur.
- 93 Occidens mediatorē, vel alium ad defensionem, & homicidium negans non debet torqueri.
- 94 Homicidij pena non teneatur occidens alium in rixa cum crederet insultantem interficere.
- 95 Et quando teneantur mediatores offendentes unum ex extantibus, remissiuē.
- 96 Defensionis modum excedens puniatur tantum de excessu.
- 97 Et quid si mediatorem opposuit insultanti, & mediator fuit interfecit.
- 98 Percussus mediatorem, vel alium se defendendo, an teneatur aliqua pena.
- 99 Insultans an teneatur fugere. Vulneratus percussorem prosequens, ac eum occidens, pena extraordinaria puniatur, nu. eod.
- 100 Insultatus potest aggressorem in terra prostratum vulnerare, & occidere.
- 101 Clericus, vel Monachus insultatus, an debeat fugere.
- 102 Et quid in foro conscientiae. Insultatus an peccet insequendo aggressorem, & eum percussione quantum ad sui honoris defensionem opus esse, numero eodem.
- 103 Et quid in ijs, qui reuerentiam debent.
- 104 Homicidium potius ad defensionem, quam ad vindictam factum praesumitur.
- 105 Et quid si duo ad iniucem se insultauerunt, & vnus fuit interfecit, remissiuē.

- Et quid in eo, qui primo incepit, remissiuē, nu. eod.
- 106 Et quid si testes dicat homicidium fuisse factum ad defensionem, neque aliam rationem adducant, remissiuē.
- 107 Et an probent per verbum credo, remissiuē.
- 208 Et quid in dubio, quando non apparet quis primo euaginatuerit. Et quibus penis puniatur, remissiuē, nu. eod.
- 109 Defensio quomodo probetur, remissiuē.
- 110 Aggressorem etiam se non defendentem occidens, mitius puniatur. Insultatus quando non excedat moderamen inculpatae tutelae, nu. eod. Et quando non teneatur fugere, & possit aggressorem fugientem insequi, vulnerare, & occidere, nu. eod.
- 111 Insultatus censetur omnia facere ad defensionem.
- 112 Aggressor quis praesumatur, & quibus coniecturis, aut praesumptionibus.
- 113 Defensio quomodo sit in iudicio deducenda, & probanda, remissiuē.
- 114 Muta an excusetur homicidam a pena ordinaria.
- 115 Defensio quando dicatur facta cum moderamine inculpatae tutelae.
- 116 Defensionis limites excedens in rixa, nullam penam meretur.
- 117 Defensionis modum excedens aggressus, non debet condemnari ad penam conuentionalem.
- 118 Homicida quando excusetur ob iracundiam, rixam, constantem amicitiam, vel similia, remissiuē.
- 119 Iniuriatus verbis, si gladio iniuriantem occiderit, mitius citra penam capitis est puniendus. Defensio illicita est cum armis aduersus verba iniuriosa, vel percussione cum baculo, nu. eod.
- 120 Vulnerari an possit gladio insultans cum baculo.
- 121 Homicidium si meritis commiserit, mitius puniatur. Iniuriatus quando possit se propria auctoritate vindicare, etiam defensionis modum excedens, nu. eod.
- 122 Defensio an fuerit facta ex intervallo, vel incontinenti remittitur arbitrio Iudicis. Iniuria propulsatio dicitur incontinenti facta, si sequenti die fiat, nu. eod.
- 123 Homicidium an committere liceat pro euitanda iniuria personali.
- 124 Homicidium confessus in tortura, potest tamen probare ad sui defensionem fecisse.
- 125 Et huiusmodi declaratio potest etiam fieri per procuratorem ac impedit torturam rei.
- 126 Et si confiteatur hominem interfecisse, mox reuocando confessionem, conuincatur de mendacio, auditur postea a dicentis ab alio fuisse interfecitum.
- 127 Occidens ex iusto metu non puniatur ordinariē.
- 128 Homicida incertitudo pluribus modis consideratur, remissiuē.
- 129 Et an omnes interuenientes homicidio, sint puniendi pena ordinaria, remissiuē. Et quid si pluribus vulnerantibus, remissiuē, nu. eod.
- 130 Et quid si plures per vim iniuadentes possessionem, committant homicidium.
- 131 Et an possint omnes torqueri ad habendam veritatem.
- 132 Et a quo sit inchoandum.
- 133 Rixa quid sit.
- 134 Rixae auctor quis dicatur.
- 135 Et an puniatur de homicidio, de quo alias non puniretur ob incertitudinem occisoris.
- 136 Rixae auctor, quae pena sit plectendus, si appareat de homicidio.
- 137 Homicidium in rixa au pena mortis puniatur.
- 138 Occisus in rixa an praesumatur aggressor. Et quid nemine moriente, nu. eod. Et quomodo sint puniendi rixantes, si ambo sunt vulnerati, et nescitur aggressor, nu. eod.
- 139 Et in dubio contra occidentem dolus praesumitur.
- 140 Aggressor eius praesumatur, remissiuē.
- 141 Rixae auctore non apparente si vulneratus dicat ad sui defensionem